34.9.C.23.

DECRETA S. INNOCENTII PAPAE I. ET INNOCENTII PAPAE III.

Vt Sacramentum Confirmationis, baptizatis, nonnisi à solis Pontificibus administretur.

Et licet in eis de Græcis nominatim non dicatur, de ipsis tamen expressè traditur suprà in literis Innocentij Papæ IIII. §. Soli autem Episcopi.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Ac quæ illis suffragantur, Decreta generalium Conciliorum Florentini, & Tridentini.

DECRETA
S. INNOCENTII PAPAE I.
ET INNOCENTII
PAPAE III.

Vt Sacramentum Confirmationis, baptizatis, nonnisi á solis Pontificibus administretur.

Et licet in eis de Graecis nominatim non dicatur, de ipsis tamen expreßé traditur supra in literis Innocentij Papae IIII. §. Soli autem Episcopi.

Ac quae illis suffragantur,

Decreta generalium Conciliorum Florentini, & Tridentini.

DECRETVM S. INNOCENTII PAPAE I.

In Epistola prima seu regulari ad Decentium Episcopum Eugubinum, cap. iij. Tomo I. Conciliorum, vt baptizati non debeant nisi à solis Episcopis chrismate consignari, vbi ita rescripsit.

INNOCENTIVS &c. De consignandis verò infantibus, manifestũ est non ab alio, quàm ab Episcopo fieri licere. Nam presbyteri licet sint Sacerdotes, Põtificatus tamen apicem non habent. Hæc autẽ Pontificibus solis deberi, vt vel consignent, vel paraclitum spiritum tradant, non solùm consuetudo Ecclesiastica demonstrat, verùm & illa lectio Actuum Apostolorum, quæ asserit Petrum, & Ioannem esse directos, qui iam baptizatis traderent Spiritum sanctum. Nam presbyteris, seu extra Episcopũ, seu præsente Episcopo baptizant, chrismate baptizatos vngere licet, sed quod ab Episcopo fuerit consecratum; non tamen frõtem ex eodem oleo signare, quod solis debetur Episcopis, cùm tradunt Spiritum paraclitum. Verba verò dicere non possum, ne magis prodere videar, quàm ad consultationem respondere. Act. 8.

Et hoc quidem decretum refertur à S. Isidoro de Ecclesiasticis officijs, cap. xxvj. & vltimo, & Albino Alcuino in libro de diuinis officijs, cap. de Sabbatho Sancti Paschæ, & Beda in Acta Apostolorum, cap. viij. Tomo v.

& ab alijs scriptoribus Ecclesiasticis. Cuius etiam pars habetur apud Gratianum, de consecrat. distinct. iiij. cap. Presbyteris, ac etiam apud sacrum Concilium Florentinum in Bulla instructionis Armenorum S. secundum Sacramentum est, proximè citandos.

INNOCENTII PAPAE III.

Literæ ad L. Vicarium suum apud Constantinopolim, quæ habentur libro secundo primi Tomi eius Regesti impressi, folio 398. & positæ sunt in compilatione Decretalium libro primo, Tit. iiij. de consuetudine, cap. Quanto.

L. Vicario nostro apud Constantinopolim.

INNOCENTIUS &c. Quanto de benignitate Sedis Apostolicæ locum obtines celsiorem, tanto tibi est solicitius procurandum, vt te talem exhibeas in agendis, nõ declinans ad dexteram, vel ad sinistram, quòd non minus re quàm nomine vices Apostolicas gerere videaris. Peruenit sanè ad audientiam nostram, quòd quidam simplices Sacerdotes apud Constantinopolim ea Sacramenta præsumunt fidelibus exhibere, quæ ab Apostolorum tempore ritè fuerunt solis Pontificibus reseruata; vt est Sacramentum Confirmationis, quod chrismando renatos, soli debent Episcopi per manus impositionem conferre, ad excusandas excusationes in peccatis, & sui erroris fomentum solam consuetudinem prætendentes; cum diuturnitas temporis peccata non minuat, sed augmentet,

mentet? Quæ tanto grauiora existunt, quantò infelicem animã diutius detinent alligatam. Volentes igitur hæc, & alia, quæ oculos diuinæ maiestatis offendunt, de agro Dominico extirpari, discretioni tuæ per Apostolica scripta præcipiendo mandamus, quatenus omnibus Latinis Presbyteris, apud Constantinopolim constitutis, districtè prohibeas, ne talia de cætero sua temeritate præsumant: quæ licet non sint à fidelibus contemnenda; tutius tamen est ea sine periculo, ex necessitate, quæ legẽ non habet, omittere, quàm vt ab his, quibus ea conferre non licet, ex temeritate, quæ lege damnatur, non sine graui periculo inaniter cõferantur: cùm vmbra quædam ostendatur in opere, veritas autem non subeat in effectu. Alios quoq; subiectos tuos, & ab illicitis reuocare satagas, & ad facienda bona verbo, & exemplo pariter inuitare: quibus quales pro te literas destinemus, ex rescripti nostri serie perpendere poteris euidenter. Datum Laterani xvj. Kal. Decembris.

DECRETVM INNOCENTII PAPAE IIII.

In generali Concilio Florentino, in Bulla instructionis Armenorum, §. Secundum Sacramentum est, in quo sic traditur.

SECVNDVM Sacramentum est Confirmatio, cuius materia est chrisma confectum ex oleo, quod nitorem significat cõscientiæ; & balsamo, quod odorem significat bonæ famæ per Episcopum benedicto. Forma autem est; Signo te signo Crucis, & confirmo te chrismate salutis,

in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Ordinarius minister est Episcopus. Et cùm cæteras vnctiones simplex Sacerdos valeat exhibere, hanc nonnisi Episcopus debet conferre; quia de solis Apostolis legitur, quorum vicem tenent Episcopi, quòd per manus impositionem Spiritum sanctum dabāt, quemadmodum Actuum Apostolorū lectio manifestat. Cùm enim au-
Act.8. dissent (inquit) Apostoli, qui erant Hierosolymis, quia recepisset Samaria verbum Dei, miserūt ad eos Petrū, & Ioannem: qui cùm venissent, orauerunt pro eis, vt acciperent Spiritum sanctum. Nondum enim in quenquam illorum venerat, sed baptizati tantùm erant in nomine Domini Iesu. Tunc imponebant manus super illos, & accipiebant Spiritum Sanctum. Loco autem illius manus impositionis, datur in Ecclesia Confirmatio. Legitur tamen, aliquando, per Apostolicæ Sedis dispensationem, ex rationabili & vrgente admodum causa, simplicem Sacerdotem, chrismate per Episcopum confecto, hoc administrasse Confirmationis Sacramentum, &c.

Decretum sacri generalis Œcumenici Concilij Tridentini Sessione septima de Sacramentis, vbi de Confirmatione canone iij. ita diffiniuit:

Si quis dixerit sanctæ Confirmationis ordinarium ministrum non esse solum Episcopum, sed quemuis simplicem Sacerdotem, anathema sit.

ΟΜΟΛΟΓΙΑ ΤΗΣ ΟΡΘΟΔΟΞΟΥ ΠΙΣΤΕΩΣ.

ΤΩΝ ΓΡΑΙΚΩΝ

προσθησομένη

προστάγματι τῆς μακαρίας μνήμης Γρηγορίου Πάπα ιγ΄. ἐκδοθεῖσα.

PROFESSIO ORTHODOXÆ FIDEI A GRAECIS FACIENDA,

Iussu fe. re. Gregorij Papæ XIII. edita.

Ἐγὼ κραταιᾷ πίστει πιστεύω τε καὶ ὁμολογῶ ἅπαντα, καὶ καθ' ἕκαστα τὰ περιεχόμενα ἐν τῷ συμβόλῳ τῆς πίστεως, ᾧ τινι ἡ ἁγία ῥωμαϊκὴ ἐκκλησία χρῆται, ἤτοι.

Πιστεύω εἰς ἕνα θεὸν πατέρα παντοκράτορα, ποιητὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς, ὁρατῶν τε πάντων καὶ ἀοράτων. καὶ εἰς ἕνα κύριον Ἰησοῦν χριστὸν, τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ τὸν μονογενῆ. τὸν ἐκ τοῦ πατρὸς γεννηθέντα πρὸ πάντων τῶν αἰώνων. θεὸν ἐκ θεοῦ, φῶς ἐκ φωτὸς, θεὸν ἀληθινὸν ἐκ θεοῦ ἀληθινοῦ. γεννηθέντα, οὐ ποιηθέντα, ὁμοούσιον τῷ πατρὶ, δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο. τὸν δι' ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους, καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν κατελθόντα ἐκ τῶν οὐρανῶν, καὶ σαρκωθέντα ἐκ πνεύματος ἁγίου καὶ Μαρίας τῆς παρθένου, καὶ ἐνανθρωπήσαντα. σταυρωθέντα τε ὑπὲρ ἡμῶν ἐπὶ Ποντίου πιλάτου, καὶ παθόντα, καὶ ταφέντα, καὶ ἀναστάντα τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ κατὰ τὰς γραφάς. καὶ ἀνελθόντα εἰς τοὺς οὐρανοὺς, καὶ καθεζόμενον ἐκ δεξιῶν τοῦ πατρός, καὶ πάλιν ἐρχόμενον μετὰ δόξης κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς, οὗ τῆς βασιλείας οὐκ ἔσται τέλος. καὶ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ κύριον, τὸ ζωοποιοῦν, τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ ἐκπορευόμενον. τὸ σὺν πατρὶ, καὶ υἱῷ συμπροσκυνούμενον, καὶ συνδοξαζόμενον. τὸ λαλῆσαν διὰ τῶν προφητῶν. εἰς μίαν ἁγίαν καθολικὴν, καὶ ἀποστολικὴν ἐκκλησίαν. ὁμολογῶ ἓν βάπτισμα εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. προσδοκῶ ἀνάστασιν νεκρῶν, καὶ ζωὴν τοῦ μέλλοντος αἰῶνος, ἀμήν.

Ἔτι πιστεύω καὶ ἀποδέχομαι καὶ ὁμολογῶ πάντα τὰ ὑπὸ τῆς ἱερᾶς οἰκουμενικῆς ἐν φλωρεντίᾳ συνόδου περὶ τῆς δυτικῆς τε καὶ ἀνατολικῆς ἐκκλησίας ἑνώσεως ὁρισθέντα τε καὶ δηλωθέντα ἤγουν, ὅτι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ ἀϊδίως ἐστί. καὶ τὴν ἑαυτοῦ οὐσίαν, καὶ τὸ ὑπαρκτικὸν αὐτοῦ εἶναι ἔχει ἐκ τοῦ πατρὸς ἅμα καὶ τοῦ υἱοῦ. καὶ ἐξ ἀμφοτέρων ἀϊδίως, ὡς ἀπὸ μιᾶς ἀρχῆς καὶ μοναδικῆς προβολῆς ἐκπορεύεται. ἐπειδήπερ ὃ οἱ ἅγιοι διδάσκαλοι καὶ πατέρες, ἐκ τοῦ πατρὸς διὰ τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα τὸ

Ego firma fide credo & profiteor omnia & singula, quæ continentur in Symbolo fidei, quo Sancta Romana Ecclesia vtitur; videlicet.

Credo in vnum Deum patrem, omnipotentem, factorem cœli & terræ, visibilium omnium & inuisibilium. Et in vnum Dominum Iesum Christū, Filium Dei vnigenitum. Et ex patre natum ante omnia secula. Deum de Deo, lumen de lumine; Deum verum de Deo vero. Genitum, non factum, consubstantialem Patri; per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de cœlis. Et incarnatus de Spiritu Sancto ex Maria virgine; & homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus, & sepultus est. Et resurrexit tertia die secundum scripturas. Et ascendit in cœlum: sedet ad dexteram Patris. Et iterum venturus est cum gloria iudicare viuos, & mortuos: cuius regni non erit finis; Et in Spiritum Sanctum Dominum, & viuificantem: qui ex Patre, Filioq. procedit. Qui cum Patre & filio, simul adoratur, & conglorificatur: qui locutus est per Prophetas Et vnam Sanctam Catholicam, & Apostolicam Ecclesiam. Confiteor vnum baptisma in remissionem peccatorum. Et expecto resurrectionem mortuorum. Et vitā venturi seculi amen.

Credo etiam, suscipio, atq. profiteor ea omnia, quæ sacra œcumenica Synodus Florētina super vnione Occidentalis, & Orientalis Ecclesiæ diffiniuit; & declarauit, videlicet; quòd Spiritus Sanctus à Patre, & Filio æternaliter est; & essentiam suam, suumq. esse subsistens habet ex Patre simul & Filio; & ex vtroq; æternaliter, tanquam ab vno principio, & vnica Spiratione procedit. Cum id quod Sancti Doctores & Patres dicunt, ex Patre per Filium procedere Spiritum

ἅγιον ἐκπορεύεσθαι λέγουσιν, εἰς ταύτην φέρει τὴν ἔννοιαν, ὥστε διὰ τούτου δηλοῦσθαι καὶ τὸν υἱὸν εἶναι κατὰ μὲν τοὺς γραικοὺς αἰτίαν, κατὰ δὲ τοὺς λατίνους ἀρχὴν τῆς τοῦ ἁγίου πνεύματος ὑπάρξεως, ὥσπερ καὶ τὸν πατέρα. καὶ ἐπεὶ πάντα ὅσα ἐστὶ τοῦ πατρὸς, αὐτὸς ὁ πατὴρ τῷ μονογενεῖ αὐτοῦ υἱῷ ἐν τῇ γεννήσει δέδωκε, πλὴν τοῦ εἶναι πατέρα· τοῦτο αὐτὸ ὅτι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ υἱοῦ ἐκπορεύεται, αὐτὸς ὁ υἱὸς παρὰ τοῦ πατρὸς ἀϊδίως ἔχει, ἀφ' οὗ ἀϊδίως καὶ γεγέννηται. καὶ τὴν τῶν ῥημάτων ἐκείνων ἀνάπτυξιν τὴν, ἐκ τοῦ υἱοῦ, χάριν τοῦ τὴν ἀλήθειαν σαφηνισθῆναι, καὶ ἀνάγκης τότε ἐπικειμένης, θεμιτῶς τε καὶ εὐλόγως ἐν τῷ συμβόλῳ προστεθῆναι.

Ἔτι ἐν ἀζύμῳ ἢ ἐνζύμῳ ἄρτῳ σιτίνῳ τὸ τοῦ χριστοῦ σῶμα ποιεῖσθαι ἀληθῶς· τούς τε ἱερεῖς ἐν θατέρῳ αὐτὸ τὸ σῶμα τοῦ κυρίου ποιεῖν ὀφείλειν, ἕκαστον δηλονότι κατὰ τὴν τῆς ἰδίας ἐκκλησίας, εἴτε δυτικῆς, εἴτε ἀνατολικῆς συνήθειαν.

Ἔτι ἐὰν οἱ ἀληθῶς μετανοήσαντες ἀποβιώσωσιν ἐν τῇ τοῦ θεοῦ ἀγάπῃ, πρὶν τοῖς ἀξίοις τῆς μετανοίας καρποῖς ἱκανοποιῆσαι ὑπὲρ τῶν πεπλημμελημένων καὶ ἠμελημένων, τὰς τούτων ψυχὰς καθαρτηρίοις τιμωρίαις καθαίρεσθαι μετὰ θάνατον. ὥστε δὲ κουφισθῆναι αὐτὰς ἐκ τούτων τῶν τιμωριῶν, λυσιτελεῖν αὐταῖς τὰς τῶν ζώντων πιστῶν ἐπικουρίας, ἤγουν τάς τε τῶν ἱερέων θυσίας καὶ εὐχὰς καὶ ἐλεημοσύνας, καὶ τ' ἄλλα τῆς εὐσεβείας ἔργα, ἅ τινα παρὰ τῶν πιστῶν ὑπὲρ ἄλλων πιστῶν εἰώθασι γίνεσθαι κατὰ τὰς τῆς ἐκκλησίας διατάξεις. ἐκείνων δὲ τὰς ψυχὰς τὰς μετὰ τὸ βάπτισμα μηδὲ μιᾷ ὅλως τῆς ἁμαρτίας κηλῖδι ὑποπεσούσας, καὶ ἐκείνας τὰς μετὰ τὸ ἐφελκύσασθαι τὴν τῆς ἁμαρτίας κηλῖδα, εἴτε ἐν τοῖς σώμασιν, εἴτε μετὰ τὸ ἐκδυθῆναι τῶν σωμάτων, ὡς ἀνωτέρω εἴρηται, καθαρθείσας, εἰς τὸν οὐρανὸν εὐθὺς εἰσδέχεσθαι, καὶ καθαρῶς θεωρεῖν αὐτὸν τὸν ἕνα καὶ τρισυπόστατον θεὸν, ὡς ἐστὶν, ἄλλον μέντοι ἄλλου τελειότερον κατὰ τὴν τῶν ἀξιῶν διαφοράν. τῶν δὲ ἐν ἐνεργῷ

θανα-

ſanctum, ad hanc intelligentiam tendat; vt per hoc ſignificetur Filium quoq. eſſe, ſecundum Græcos quidem, cauſam, ſecundum Latinos verò, principium ſubſiſtentiæ Spiritus ſancti, ſicut & Patrem. Cumq. omnia quæ Patris ſunt, ipſe Pater vnigenito Filio ſuo gignendo dederit, præter eſſe Patrem; hoc ipſum quod Spiritus Sanctus procedit ex Filio, ipſe Filius à Patre æternaliter habet, à quo æternaliter etiam genitus eſt. Illamq. verborum illorum, Filioq. explicationem, veritatis declarandæ gratia, & imminente tunc neceſſitate, licitè ac rationabiliter Symbolo fuiſſe appoſitam.

Item in azymo ſiue fermentato pane triticeo corpus Chriſti veraciter confici: Sacerdoteſq. in altero ipſum Domini corpus conficere debere, vnumquemq. ſcilicet iuxta ſuæ Eccleſiæ, ſiue Occidentalis, ſiue Orientalis conſuetudinem.

Item ſi verè pœnitentes in Dei charitate deceſſerint, antequam dignis pœnitentiæ fructibus de commiſſis ſatisfecerint, & omiſſis, eorum animas pœnis Purgatorij poſt mortem purgari: & vt à pœnis huiuſmodi releuentur, prodeſse eis fidelium viuorum ſuffragia, Miſſarum ſcilicet ſacrificia; orationes, & eleemoſynas, & alia pietatis officia, quæ à fidelibus pro alijs fidelibus fieri conſueuerunt ſecundum Eccleſiæ inſtituta. Illorumque animas qui poſt Baptiſma ſuſceptum, nullam omnino peccati maculam incurrerunt, illas etiam quæ poſt contractam peccati maculam, vel in ſuis corporibus, vel eiſdem exutæ corporibus, prout ſuperius dictum eſt, ſunt purgatæ, in cœlum mox recipi, & intueri clarè ipſum Deum trinum & vnum ſicuti eſt, meritorum tamen diuerſitate alium alio perfectius. Illorum autem animas, qui in actuali

 mortali

θανασίμῳ ἁμαρτίᾳ τῇ κατ' ἐνέργειαν, ἢ καὶ ἐν μόνῃ τῇ προπατορικῇ ἀποβιούντων, εὐθέως καταβαίνειν εἰς ᾅδην, τιμωρίαις ὅμως ἀνίσοις τιμωρηθησομένας.

Ἔτι τὴν ἁγίαν ἀποστολικὴν καθέδραν, καὶ τὸν ῥωμαϊκὸν ἀρχιερέα εἰς πᾶσαν τὴν οἰκουμένην τὸ πρωτεῖον κατέχειν· αὐτόν τε τὸν ῥωμαϊκὸν ἀρχιερέα διάδοχον εἶναι τοῦ μακαρίου πέτρου τοῦ κορυφαίου τῶν ἀποστόλων, καὶ ἀληθῆ τοποτηρητὴν τοῦ χριστοῦ, καὶ πάσης τῆς ἐκκλησίας κεφαλὴν, καὶ πάντων τῶν χριστιανῶν πατέρα τε καὶ διδάσκαλον ὑπάρχειν. καὶ αὐτῷ ἐν τῷ μακαρίῳ πέτρῳ τοῦ ποιμαίνειν, διευθύνειν, καὶ κυβερνᾶν τὴν καθολικὴν ἐκκλησίαν ὑπὸ τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ πλήρη ἐξουσίαν παραδεδόσθαι, καθ' ὃν τρόπον καὶ ἐν τοῖς πρακτικοῖς τῶν οἰκουμενικῶν συνόδων, καὶ τοῖς ἱεροῖς κανόσιν διαλαμβάνεται.

Προσέτι ὁμολογῶ καὶ προσδέχομαι τ' ἄλλα πάντα, ἅτινα ἐκ τῶν δογμάτων τῆς ἱερᾶς καὶ οἰκουμενικῆς τριδεντίνης συνόδου, ἡ ἁγία καὶ ἱερὰ ῥωμαϊκὴ καὶ ἀποστολικὴ ἐκκλησία πρὸς τοῖς ἐν τῷ ἐπάνω εἰρημένῳ συμβόλῳ κατεχομένοις, ὁμολογηθῆναι καὶ ἀποδεχθῆναι προσέθηκε καὶ διώρισε, ὡς ἕπεται.

Τὰς ἀποστολικὰς καὶ ἐκκλησιαστικὰς παραδόσεις, καὶ τὰς λοιπὰς τῆς αὐτῆς ἐκκλησίας διατηρήσεις καὶ διατάξεις ἰσχυρότατα ἀποδέχομαι καὶ ἀσπάζομαι.

Ἔτι τὴν θείαν γραφὴν κατ' ἐκεῖνον τὸν νοῦν, ὃν ἐκράτησε καὶ κρατεῖ ἡ ἁγία μήτηρ ἐκκλησία, ἧς τινός ἐστι διακρῖναι περὶ τῆς ἀληθινῆς ἐννοίας καὶ ἑρμηνείας τῶν θείων γραφῶν, ἀποδέχομαι. καὶ αὐτὴν οὐδέποτε εἰ μὴ κατὰ τὴν ὁμόθυμον συμφωνίαν τῶν πατέρων λήψομαί τε καὶ ἑρμηνεύσω.

Καὶ πάλιν ὁμολογῶ ἑπτὰ εἶναι ὄντως καὶ ἰδίως τὰ τοῦ καινοῦ νόμου μυστήρια, τὰ ὑπὸ τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ διατεταγμένα, καὶ εἰς σωτηρίαν τοῦ ἀνθρωπίνου γένους, κἂν οὐ πάντα καθεκάστοις ἀναγκαῖα, οἷον τὸ βάπτισμα, τὸ χρίσμα, τὴν εὐχαριστίαν, τὴν μετάνοιαν, τὴν ἐσχάτην χρίσιν, τὴν ἱερωσύνην, καὶ τὸν γάμον. καὶ ταῦτα χάριν παρέχειν. τού-

των

mortali peccato, vel ſolo originali decedunt mox in infernum deſcendere, pœnis tamen diſparibus puniendas.

Item ſanctam Apoſtolicam ſedem, & Romanũ Pontificem in vniuerſum orbem tenere primatum, & ipſum Pontificem Romanum ſucceſſorem eſſe beati Petri Principis Apoſtolorum, & verum Chriſti Vicarium totiuſq; Eccleſiæ caput, & omnium Chriſtianorum patrem ac doctorem exiſtere; & ipſi in beato Petro paſcendi, regendi, & gubernandi vniuerſalem Eccleſiam à Domino noſtro Ieſu Chriſto plenam poteſtatem traditam eſſe, quemadmodum etiam in actis Oecumenicorum Conciliorum, & in ſacris Canonibus cõtinetur.

Inſuper profiteor ac recipio alia omnia, quæ ex decretis ſacræ Oecumenicæ Generalis Synodi Tridentinæ, Sacroſancta Romana, & Apoſtolica Eccleſia, etiam vltra contenta in ſupradicto fidei Symbolo, profitenda ac recipienda propoſuit atque præſcripſit, vt ſequitur.

Apoſtolicas & Eccleſiaſticas traditiones, reliquaſq. eiuſdem Eccleſiæ obſeruationes & Conſtitutiones firmiſſime admitto & amplector.

Item ſacram ſcripturam iuxta eum ſenſum, quem tenuit & tenet ſancta Mater Eccleſia, cuius eſt iudicare de vero ſẽſu & interpretatione ſacrarum ſcripturarum, admitto; nec eam vnquam niſi iuxta vnanimem conſenſum patrum accipiam, & interpretabor.

Profiteor quoq; ſeptem eſſe verè & propriè ſacramenta nouæ legis à Ieſu Chriſto Domino noſtro inſtituta, atq; ad ſalutem humani generis, licet non omnia ſingulis neceſſaria, ſcilicet Baptiſmum, Confirmationẽ, Euchariſtiam, Pœnitentiã, Extremam vnctionẽ, Ordinem, & Matrimoniũ; illaq. gratiam conferre: & ex

his

των δὲ τὸ βάπτισμα, τὸ χρῖσμα, ϗ τὴν χειροτονίαν χωρὶς ἱεροσυλίας δευτεροῦσθαι οὐ θέμις·

Ἔτι τοὺς ὑπὸ τῆς ἐκκλησίας ἀποδεχθέντας ϗ ἐπικυρωθέντας θεσμοὺς, ἐν τῇ πάντων τῶν προλεχθέντων μυστηρίων ἑορταστικῇ τελετῇ, προσίεμαι ϗ ἀποδέχομαι.

Ἅπαντα ϗ καθέκαστα τὰ περὶ τῆς προπατορικῆς ἁμαρτίας, ϗ δικαιώσεως, ἐν τῇ ἱερᾷ ϗ ἁγίᾳ τριδεντίνῃ συνόδῳ διορισθέντα ϗ σαφηνισθέντα, δέχομαι ϗ ἀσπάζομαι.

Ὁμοίως ὁμολογῶ ἐν τῇ θείᾳ λειτουργίᾳ προσφέρεσθαι τῷ θεῷ τὴν ἀληθινὴν, ϗ οἰκείαν, ϗ ἱλαστήριον θυσίαν ὑπὲρ ζώντων καὶ νεκρῶν. ϗ ἐν τῷ ἁγιωτάτῳ τῆς εὐχαριστίας μυστηρίῳ ὑπάρχειν ἀληθῶς, ὄντως ϗ οὐσιωδῶς τὸ σῶμα καὶ τὸ αἷμα μετὰ τῆς ψυχῆς ϗ θεότητος τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ. ϗ ὅλην μὲν τὴν τοῦ ἄρτου οὐσίαν εἰς τὸ σῶμα, ὅλην δὲ τὴν τοῦ οἴνου οὐσίαν εἰς τὸ αἷμα μεταβάλλεσθαι, ἣν μεταβολὴν ἡ καθολικὴ ἐκκλησία μετουσίωσιν ὀνομάζει.

Καὶ πάλιν ὁμολογῶ ἐπὶ θατέρῳ μόνον εἴδει ὅλον ϗ τέλειον τὸν χριστὸν, ϗ τὸ ἀληθινὸν μυστήριον λαμβάνεσθαι.

Βεβαίως κρατῶ τὸ πῦρ τὸ καθαρτήριον ὑπάρχειν, ϗ τὰς ψυχὰς τὰς ἐν αὐτῷ κατεχομένας ταῖς τῶν πιστῶν ἐπικουρίαις ὠφελεῖσθαι. ὁμοίως τοὺς ἁγίους μετὰ τοῦ χριστοῦ βασιλεύοντας, τιμητέους τε ϗ ἐπικλητέους. αὐτούς τε ὑπὲρ ἡμῶν εὐχὰς τῷ θεῷ προσφέρειν. τά τε αὐτῶν λείψανα, τιμῆς ἄξια.

Ἰσχυρότατα διϊσχυρίζομαι χρῆναι τὰς τοῦ χριστοῦ καὶ τῆς ἀειπαρθένου θεοτόκου καὶ τῶν ἄλλων ἁγίων εἰκόνας ἔχειν ϗ κατέχειν. ϗ ταύταις τὴν προσήκουσαν τιμὴν ϗ θεραπείαν ἀπονέμειν.

Τὴν τῶν ἀφέσεων ἁμαρτιῶν, ἐνδουλγεντιῶν λεγομένων, ἐξουσίαν, ἀπὸ τοῦ χριστοῦ ἐν τῇ ἁγίᾳ ἐκκλησίᾳ ἀφεθῆναι, ϗ τὴν αὐτῶν χρῆσιν τῷ χριστιανῷ λαῷ σωτηριωτάτην εἶναι καταφάσκω.

Τὴν ἁγίαν καθολικὴν καὶ ἀποστολικὴν ῥωμαϊκὴν ἐκκλησίαν, πασῶν τῶν ἐκκλησιῶν μητέρα ϗ διδάσκαλον ἐπιγινώσκω, ϗ τῷ ῥωμαϊκῷ ἄκρῳ ἀρχιερεῖ τῷ τοῦ ἁγίου πέ-

τρου

his Baptiſmum, Confirmationem, & Ordinem, ſine Sacrilegio reiterari non poſſe.

Receptos quoq. & approbatos Eccleſiæ Catholicæ ritus, in ſupradictorum omnium Sacramentorum ſolemni adminiſtratione recipio, & admitto.

Omnia, & ſingula, quæ de peccato Originali, & de Iuſtificatione in Sacroſancta Tridētina Synodo definita, & declarata fuerunt, amplector, & recipio.

Profiteor pariter in Miſſa offerri Deo verū, propriū, & propitiatorium Sacrificiū pro viuis, & defunctis atq. in ſanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento eſſe verè, realiter, & ſubſtantialiter Corpus, & Sanguinem, vnà cum anima, & diuinitate Domini noſtri Ieſu Chriſti; fieriq. conuerſionem totius ſubſtantiæ panis in Corpus, & totius ſubſtantiæ vini in Sanguinem, quam conuerſionem Catholica Eccleſia Tranſubſtantiationem appellat.

Fateor etiam ſub altera tantū ſpecie, totum atq. integrum Chriſtum, verumq. Sacramentum ſumi.

Conſtanter teneo purgatorium eſſe, animaſq. ibi detentas fidelium ſuffragijs iuuari. Similiter, & Sanctos vnà cum Chriſto regnantes, venerandos atque inuocādos eſſe, eoſque orationes Deo pro nobis offerre, atque eorum reliquias eſſe venerandas.

Firmiſſimè aſſero imagines Chriſti, ac Deiparæ ſemper Virginis, necnon aliorum Sanctorum habendas, & retinendas eſſe, atque eis debitum honorem ac venerationem impartiendam.

Indulgentiarum etiam poteſtatem, à Chriſto in Eccleſia relictam fuiſſe, illarumque vſum Chriſtiano populo maximè ſalutarem eſſe affirmo.

Sanctam Catholicam & Apoſtolicam Romanam Eccleſiam, omnium Eccleſiarum Matrem & magiſtram agnoſco, Romanoque Pontifici, Beati Petri

τρου τῶν ἀποστόλων κορυφαίου διαδόχῳ, καὶ τοῦ χριστοῦ τοποτηρητῇ, ἀληθινὴν ὑπακοὴν ὑπισχνοῦμαι καὶ ὄμνυμι.

Ὁμοίως καὶ τ' ἄλλα πάντα τὰ ἀπὸ τῶν θείων κανόνων καὶ οἰκουμενικῶν συνόδων, καὶ μάλιστα ἀπὸ τῆς ἱερᾶς καὶ ἁγίας τριδεντίνης συνόδου παραδοθέντα, διορισθέντα, καὶ διασαφηνισθέντα, ἀναμφιβόλως ἀποδέχομαι καὶ ὁμολογῶ· καὶ ὁμοῦ τὰ ἐναντία πάντα καὶ τὰ σχίσματα καὶ τὰς αἱρέσεις οἱασδήποτοῦν ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας καταδικασθείσας, καὶ ἀποβληθείσας, καὶ ἀναθεματισθείσας, κἀγὼ ὁμοίως καταδικάζω, ἀποβάλλω, ἀναθεματίζω, καὶ ἀπόμνυμι.

Ταύτην τὴν ἀληθινὴν καθολικὴν πίστιν, ἧς ἔξωθεν οὐδεὶς σώζεσθαι δύναται, ἣν ἐν τῷ παρόντι ἑκουσίως ὁμολογῶ καὶ ἀληθῶς κρατῶ, τὴν αὐτὴν τέλειον καὶ ἀμώμητον ἕως τῆς ὑστάτης τοῦ βίου ἀναπνοῆς, βεβαιότατα, θεοῦ συνεργοῦντος, κατέχειν καὶ ὁμολογεῖν, καὶ ὑπὸ τῶν ἐμοὶ ὑποταττομένων, ἢ ἐκείνων ὧν ἐν τῷ ἔργῳ μου ἐπιμελεῖσθαί με δεήσει, κρατεῖσθαι, διδάσκεσθαι, καὶ κηρύττεσθαι, ὅσον ἐπ' ἐμοί, σπουδάσειν ἐγὼ ὁ αὐτὸς ἐπαγγέλλομαι, δέχομαι, καὶ ἐπόμνυμι. οὕτως ἔσω μοι ὁ θεὸς βοηθὸς καὶ ταῦτα τὰ ἅγια τοῦ θεοῦ εὐαγγέλια.

tri Apoſtolorum Principis ſucceſſori,ac Ieſu Chriſti Vicario veram obedientiam ſpondeo ac iuro.

Cætera item omnia à ſacris Canonibus, & Oecumenicis Concilijs, ac præcipuè à Sacroſancta Tridentina Synodo tradita, definita, & declarata,indubitanter recipio atque profiteor, ſimulque cõtraria omnia & ſchiſmata atque hęreſes quaſcunque ab Eccleſia damnatas, & reiectas,& anathematizatas,ego pariter damno,reijcio, anathematizo, & abiuro.

Hanc veram Catholicam Fidem, extra quam nemo ſaluus eſſe poteſt, quam in præſenti ſponte profiteor, & veraciter teneo,eandem integram, & inuiolatam vſque ad extremum vitæ ſpiritum, conſtantiſſimè, Deo adiuuante, retinere, & confiteri,atque à meis ſubditis, vel illis, quorum cura ad me in munere meo ſpectabit, teneri, doceri, & prædicari, quantum in me erit,curaturum. Ego idem.

Spondeo,

Voueo,ac iuro: Sic me Deus adiuuet, & hæc Sancta Dei Euangelia.

BIBLIOTECA VITTORIO EMANUELE IN ROMA